

PSALMO LXXVI.

Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia.

SAPIENTIÆ CAP. XIII.

Tua, PATER, PROVIDENTIA gubernat: quoniam dedisti et  
in mari viam, et inter fluctus semitam firmissimam, ostendens  
quoniam potens es ex omnibus salvare, etiam si sine arte  
aliquis adeat mare. Sed ut non essent vacua sapientiæ  
tua opera: propter hoc etiam et exiguo ligno credunt  
homines animas suas, & transeuntes mare  
per ratem liberati sunt.

PSALMO LXXVI.

Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: et timuerunt, et turbatae sunt abyssi.

ISAIE. CAP. XL.

Quis mensus est pugillo aquas, et cælos palmo ponderauit?  
quis appendit tribus digitis molem terræ, et librauit in pondere  
montes, et colles in statera? Quis adiuuit spiritum Domini?  
aut quis consiliarius eius fuit, et ostendit illi? Cum quo iniijt  
consilium, et instruxit eum, et docuit eum semitam  
iustitiae, et erudiuit eum scientiam, et viam  
prudentiæ ostendit illi?

PSALMO LXXVI.

Illuxerunt corryficationes tue orbi terræ: commota est et contremuit terra.